Armandus <de Bellovisu>: De declaratione difficilium terminorum tam theologiae quam philosophiae ac logicae
Basel: [Michael Wenssler], 1 . März 1491 Seite 187



potest esse nisi nondũ adeptum. qꝛ si tale bonum iam esset adeptũ. nõ haberet rõnẽ ardui ꝛ difficilis. ꝛ sic nõ ptineret ad irascibilẽ. ergo opoꝛtet ꝙ bonũ appꝛehẽsum mouẽs ira/scibilẽ sit arduũ nõ adeptũ. Si ergo bonũ tale moueat vt possibile estimãt hrĩ. cãt passionẽ q̃ dꝛ spes. Si ãt moueat vt impossibile estimãt haberi. cãt passionẽ q̃ dicitur despe ratio. Ex opposito aũt in malo appꝛehenso qđ est arduum etiã nõ iminet de pꝛesenti sicut sunt pericła futura grãdia mouetur irascibilis et causatur q̃dã passio. si nõ estimatur euasibile q̃ dicitur timoꝛ. Si autẽ estimatur supabile seu euasibile causatur passio q̃ dicitur audatia. respectu autẽ boni adepti in irascibili nõ est aliqua passio. quia ex quo est adeptũ perdit rationẽ ardui. et sic nõ pertinet ad irascibilẽ vt dictum est. Sed malũ iam actu existens. potest habere rationẽ ardui ad sustinendũ ꝛ repellendũ. Et ideo causat in irascibili passionẽ q̃ dicit ira. Ire aũt q̃ est ex malo i actu adiacente, non respondet aliqua opposita passio. ex bono ꝑpter ṗdicta qꝛ scʒ. bonũ appꝛehẽsum iminẽs nõ habet ra tionẽ difficilis quia adeptũ. Et ideo solum causat passio/nem in concupiscibili ꝛ nõ in irascibili.

### Numerus oium passionũ aie ꝛ sunt. xi. Ca. CLIII.

Tertio concludo numerũ passio/nũ ptis sensitiue. qꝛ ex pꝛedictis patet ꝙ in cõ/cupiscibili sunt tres cõiugationes passionum oppositarum respectu boni et mali scʒ. Amoꝛ ꝛ odium. desideriũ ꝛ fuga. gaudiũ et tristitia. Et sic sunt sex in concupiscibili. In irascibili autem sunt due coniugatio/nes. scilicet spes. et desperatio. quoꝛum vtrumq; est re/spectu boni futuri. Timoꝛ et audatia. quoꝛum vtrumq; respectu mali futuri est. Unica autem passio est sine con/iugatione respectu mali pꝛesentis et dicitur ira. Et sic sunt solum quinq; in irascibili. Et per consequens omnes in vniuerso sunt vndecim. Et sic passiones. et virtutes

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-i-34/0187
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG